

USR EMILIA-ROMAGNA – CUSL (CONSULTA UNIVERSITARIA DI STUDI LATINI)
CERTIFICAZIONE DELLE COMPETENZE IN LINGUA LATINA 2023


Test B2-prima parte (comprensione)
Soglia al 75% (30 punti su 40 di cui almeno 4 negli es. 5 e 6)
Svolgimento in 90 minuti

Summarium

Antequam adversus Dareum Persarum regem pugnaret, Alexander in praetorio¹ dormiebat. Milites mirabantur quod imperator eos nondum convocavisset et eum timore captum in praetorio manere putabant. Parmenioni² duci, qui in praetorium intraverat et eum e somno excitaverat, Alexander se somnum quietum cepisse dixit quia per aciem bellum confecturus erat. Itaque imperavit ut proelii signum daretur.

1	Iamque luce orta duces ad accipienda imperia convenerant, insolito circa praetorium silentio
2	attoniti: quippe ³ alias ⁴ accersere ⁵ ipsos et interdum morantes castigare adsueverat ⁶ . Tunc ne
3	ultimo quidem rerum discrimine excitatum esse mirabantur et non somno quiescere ⁷ , sed
4	pavore marcere ⁸ credebant. Non tamen quisquam ex custodibus corporis intrare tabernaculum ⁹
5	audebat. Et iam tempus instabat, nec miles, iniussu ducis ¹⁰ , aut arma capere poterat aut in
6	ordines ire. Diu Parmenio cunctatus ¹¹ , cibum ut caperent, ipse pronuntiat ¹² . Iamque exire
7	necesse erat: tunc demum intrat tabernaculum saepiusque nomine conpellatum ¹³ , cum voce
8	non posset, tactu excitavit. “Multa lux,” inquit, “est: instructam aciem hostis admovit, tuus
9	miles adhuc inermis ¹⁴ expectat imperium. Ubi est vigor ille animi tui? Nempe ¹⁵ excitare
10	vigiles ¹⁶ soles.” Ad haec Alexander: “Credisne me prius somnum capere potuisse, quam
11	exonerarem ¹⁷ animum sollicitudine ¹⁸ , quae quietem morabatur?” signumque pugnae tuba ¹⁹
12	dari iussit.
13	Et cum in eadem admiratione Parmenio perseveraret, quod solutum se curis somnum cepisse
14	dixisset: “Minime,” inquit, “mirum est: ego enim, cum Dareus terram ureret ²⁰ , vicos
15	exscinderet ²¹ , alimenta corrumperet, potens mei non eram: nunc vero quid metuum, cum acie
16	decernere paret? Hercule, votum meum implevit. Sed huius consilii postea quoque ratio
17	reddetur: vos ite ad copias, quibus quisque praeest, ego iam adero et, quid fieri velim,
18	exponam”.

Glossarium

¹ praetorium: castrorum pars ubi imperator est	¹³ conpellatum: appellatum
² Parmenio, -onis: amicus Alexandri	¹⁴ inermis: sine armis
³ quippe: nam	¹⁵ nempe: sine dubio
⁴ alias: aliis temporibus	¹⁶ vigiles: milites qui nocte castra servant
⁵ accersere (arcesso, -is, -ivi, -itum, -ere): convocare	¹⁷ exonerarem (exonero, -as, -avi, -atum, -are): liberarem
⁶ adsueverat (adsuesco, -is, -suevi, -suetum, -ere): solebat	¹⁸ sollicitudo, -inis: sollicitum esse
⁷ quiescere: quietem capere	¹⁹ tuba:
⁸ pavore (pavor, -oris) marcere (marceo, -es, -ere): maxime metuere	
⁹ tabernaculum: praetorium	
¹⁰ iniussu ducis: duce non iubente	
¹¹ cunctatus (cunctor, -aris, -atus sum, -ari): moratus	
¹² pronuntiat: imperium dat	
	²⁰ ureret (uro, -is, ussi, ustum, -ere): incenderet
	²¹ vicos... exscinderet (exscindo, -is, excidi, excisum, -ere): parvas civitates opprimeret

1. Associa la didascalia alla sequenza (non tutte le didascalie sono corrette): 5

- a) luce orta Alexander aciem instruit
- b) Alexander dicit se somnum cepisse postquam curis animum liberavisset
- c) duces mirantur Alexandrum e somno nondum excitatum esse
- d) Alexander dicit se totam noctem animo inquieto fuisse
- e) Alexander dicit Dareum potentem sui non esse
- f) Alexander dicit se animo tranquillo esse, cum contra hostes pugnare paratus sit
- g) Parmenio Alexandrum hortatur ut animo forti sit
- h) luce orta duces in praetorium intrans
- i) Parmenio Alexandro nuntiat milites ad pugnam instructos esse
- l) Parmenio in tabernaculum intrat quia arma capere necesse est

rr. 1-4: _____

rr. 4-8: _____

rr. 8-10: _____

rr. 10-12: _____

rr. 13-18: _____

2. Indica se ciascuna delle seguenti affermazioni è vera, falsa, o non deducibile dal testo: 6

	Verum	Falsum	Non liquet
1. Alexander proelio Dareum vincit			
2. Ab Alexandro ipso signum pugnae datum est			
3. Milites interdum morantur et propter hoc Alexander eos punire solet.			
4. Curis solutus Alexander somnum capit			
5. Ab Alexandro accessiti circa praetorium duces conveniunt			
6. Nomine vocans Parmenio excitare Alexandrum potest			

3. Scegli la risposta corretta: 7

<p>A. Duces mirabantur:</p> <ul style="list-style-type: none">a) quia Alexander eos non excitaveratb) quia omnes milites tacebantc) quia Alexander eos moratus eratd) quia Alexander eos accersere nolebat <p>B. Cur nemo intrare tabernaculum audebat?</p> <ul style="list-style-type: none">a) quia omnes Alexandrum excitatum esse credebantb) quia attoniti erant insolito silentioc) quia Alexander morantes castigare adsueveratd) quia miles, iniussu ducis, nihil facere poterat <p>C. Cur Parmenio ut milites cibum caperent pronuntiat?</p> <ul style="list-style-type: none">a) quia milites cibo explere se volebantb) quia milites debilitati erantc) quia tempus pugnandi instabatd) quia lux orta erat <p>D. Quomodo Parmenio e somno Alexandrum excitat?</p> <ul style="list-style-type: none">a) voceb) tactuc) sonitud) clamorem tollendo	<p>E. Quid Parmenioni Alexander dixit?</p> <ul style="list-style-type: none">a) Alexander dixit se sollicitudine somnum non cepisseb) Alexander animum sollicitudine sibi exoneratum esse dixitc) Alexander dixit animum sollicitudine sibi exoneratum non essed) Alexander dixit se sollicitudine somnum cepisse <p>F. Cur Alexander quietus erat?</p> <ul style="list-style-type: none">a) quia Dareus terram non urebat nec vicos excidebatb) quia duces ad copias iverant, quibus quisque praeeratc) quia ad copias Alexander adfueratd) quia Dareus acie decernere parabat <p>G. Quid Alexander exponet?</p> <ul style="list-style-type: none">a) quid fieri velitb) quid Dareus facturus sitc) se velle duces ad copias mittered) Darei consilium
---	--

4. Scegli il sinonimo, o la spiegazione che meglio corrisponde al senso del testo: 8

<p>A. rr. 1-2 <i>insolito... silentio attoniti:</i></p> <ul style="list-style-type: none">a) quia insolito silentio terrebanturb) territi propter insolitum silentiumc) cura adfecti quia tacere non solebantd) admirati propter insolitum silentium <p>B. r. 4 <i>non... quisquam ex custodibus corporis:</i></p> <ul style="list-style-type: none">a) aliquis ex Alexandri custodibusb) nemo ex illis qui Alexandri vitam custodiebantc) nonnulli tabernaculum regis servantesd) quicumque tabernaculo regis praesidio erant <p>C. rr. 5-6 <i>in ordines ire:</i></p> <ul style="list-style-type: none">a) contra hostes ireb) in aciem irec) recte agered) arma deponere <p>D. rr. 6-7 <i>exire necesse erat:</i></p> <ul style="list-style-type: none">a) iter faciendum eratb) e tabernaculis egredi opus eratc) proelium committendum eratd) proficisci debebant	<p>E. r. 9 <i>Ubi est vigor ille animi tui?</i></p> <ul style="list-style-type: none">a) Ubi est valetudo tua?b) Cur animus tuus deficit?c) Cur pugnare non audes?d) Cur fessus es? <p>F. r. 11 <i>quietem morabatur:</i></p> <ul style="list-style-type: none">a) somnum impediabatb) animum turbabatc) otium turbabatd) quietem cupiebat <p>G. r. 15 <i>quid metuam?</i></p> <ul style="list-style-type: none">a) cur timeo?b) non est quod metuamc) numquam metuamd) timor mihi non erit <p>H. r. 17 <i>quid fieri velim:</i></p> <ul style="list-style-type: none">a) quid vobis optemb) quae vota mea sintc) quid vobis faciendum sitd) quid cupiam
--	--

5. Scegli la risposta corretta: 8

<p>A. r. 1 <i>imperia</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) all'accusativo, oggetto di <i>accipienda</i>b) all'ablativo, concordato con <i>orta</i>c) all'accusativo, concordato con <i>accipienda</i>d) all'accusativo, complemento oggetto di <i>convenerant</i> <p>B. r. 2 <i>morantes</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) un participio congiunto a <i>ipsos</i>b) un participio attributivo di <i>ipsos</i>c) un participio sostantivato, soggetto di una proposizione infinitivad) un participio predicativo di <i>castigare</i> <p>C. r. 2 <i>ne</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) una congiunzione che introduce una proposizione finale negativab) un avverbio di negazione in una proposizione desiderativac) un avverbio di negazione in correlazione con <i>quidem</i>d) un avverbio di negazione che esprime un imperativo negativo <p>D. r. 6 <i>ut caperent</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) una proposizione finaleb) una proposizione completiva volitivac) una proposizione consecutivad) una proposizione temporale	<p>E. r. 8 <i>tactu</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) un supino in <i>-u</i>b) un ablativo di limitazionec) un accusativo neutrod) un ablativo di mezzo <p>F. r. 10 <i>quam</i>:</p> <ul style="list-style-type: none">a) introduce una proposizione relativab) introduce una proposizione interrogativa indirettac) introduce una proposizione temporaled) introduce una proposizione interrogativa diretta <p>G. r. 13 <i>quod</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) un pronome relativob) un nesso relativoc) una congiunzione subordinanted) un aggettivo interrogativo <p>H. r. 15 <i>metuam</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) un congiuntivo di una proposizione interrogativa indirettab) un congiuntivo di una proposizione relativa impropriac) un congiuntivo dubitativod) un congiuntivo potenziale
---	--

6. Trasforma la frase a partire dal testo: 6

A. r. 1: *duces ad accipienda imperia convenerant*
duces traduntur _____

B. r. 6: *diu Parmenio cunctatus, cibum ut caperent, ipse pronuntiat*
cum diu _____, cibum ut **caperent**, ipse pronuntiat

C. r. 6: *diu Parmenio cunctatus, cibum ut caperent, ipse pronuntiat*
cum diu _____, cibum ut **capiant**, ipse pronuntiat

D. rr. 8-9: *instructam aciem hostis admovit*
Parmenio non dubitat quin (*anteriorità*) _____

E. r. 9: *ubi est vigor ille animi tui?*
ex te quaero ubi (*contemporaneità*) _____ animi tui

F. r. 13: *et cum in admiratione Parmenio perseveraret*
et in admiratione Parmenione _____